Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



salis. Dixit samuel. Numquid vult
dominus holocausta aut victimas. Et
non potius ut obediatur voci domini.
Melior est enim obedientia quam vic
time. Et auscultare magis quam offerre
adipem arietum. Quia quasi peccatum ariolandi
est repugnare. Et quasi scelus idolatrie
nolle acquiescere. Proiecisti igitur sermo
nem domini. Abiecit te dominus ne
sis rex. Dixit saul ad samuel. Peccavi
quia prevaricatus sum sermonem
domini et iuba tua. timens populum. et obedivi
voci eorum. Et nunc porta quaeso peccatum
meum. et revertere mecum ut adorem
dominum. Et dixit samuel ad saul. Non reve
tar tecum quia proiecisti sermonem domini.
Proiecit te dominus ne sis rex super
israel. Et cum esset samuel ut abiret. Ille
avidus apprehendit summitatem pallii eius.
quae et scissa est. Et dixit ad eum samu
el. Hodie dominus regnum israhel
a te hodie. et tradidit illud proximo tuo
meliori te. Porro triumphator israhel
non parcet. et penitudine non flec
tetur. Nec enim est homo ut agat
poenitentiam. At ille ait. Peccavi. Honora me
quaeso coram senioribus populi mei.
et coram israel. et revertere mecum ut ado
rem dominum deum tuum. Reversus est sam
uel sequens saulem. et adoravit saul
dominum. Dixitque samuel. Adducite ad
me agag regem amaleth. Et oblatus
est ei agag pingissimus et tremens.
Et dixit agag. Siccine separat amara
mors. Et ait samuel. Sicut fecit absque
liberis mulieres gladius tuus. sic absque
liberis erit inter mulieres mater tua.
Et confecit samuel agag re
gem coram domino in galgalis. Abi
it autem samuel in ramatha. saul vero
ascendit in domum suam in gabaa.
Et non vidit samuel saul ultra usque
ad diem mortis suae. Verumtamen luge
bat samuel saulem. quem dominum poenitebat
quod constituisset regem saul super israhel.

Dixitque dominus. XVI.
ad samuelem. Usque quo tu
luges saul cum ego proiecerim
eum. ne regnet super israel. Impple cornu
tuum oleo. et veni ut mittam te ad
ysai bethlehemitem. Vidi enim in
filiis eius regem. Et ait samuel. Quo
modo vadam. audiet enim saul et
interficiet me. Et ait dominus. Vitulum
de armento tolles in manu tua. et di
ces. Ad immolandum domino veni.
Et vocabis ysai ad victimam. et ego os
tendam tibi quid facias. et unges quem
cumque monstravero tibi. Fecit ergo sa
muel sicut locutus est ei dominus. Ve
nit quoque in bethlehem. et admirati sunt
seniores civitatis occurrentes ei. Di
centesque. Pacificus ne est ingressus
tuus. Et ait. Pacificus. Ad immola
dum domino veni. Sanctificamini. et
venite mecum ut immolem. Sanctifica
vit quoque ysai et filios eius. et vocavit
eos ad sacrificium. Cumque ingressi
essent. vidit heliab. et ait. Num coram
domino est christus eius. Et dixit dominus
ad samuel. Ne respicias vultum eius.
neque altitudinem staturae eius. quoniam ab
ieci eum. nec iuxta iudicium hominis
ego iudico. Homo enim videt ea quae
parent. dominus autem intuetur cor.
Et vocavit ysai aminadab. et ad
duxit eum ad samuel. Nec dixit.
Nec hunc elegit dominus. Adduxit
autem ysai sama. de quo ait. Etiam hunc
non elegit dominus. Adduxit itaque
ysai vii filios suos coram samuel.
Et ait samuel ad ysai. Non elegit
dominus ex istis. Dixitque samuel
ad ysai. Numquid iam impleti sunt filii.
Nec iterum. Adhuc reliquus est. et pas
cit oves. Et ait samuel ad ysai. Mit
te et adhuc eum. Nec enim discumbemus
donec ille huc veniat. Misit ergo
et adduxit eum. Erat autem rufus et
pulcher aspectu. decoraque facie. Et ait